

VIII

123

hominē uæhemenē diligis: tum item meā nō possum non plurimū lætari: quippe qui nequaq̄ dubitē istum secum attulisse Strabonē: quē disertissimus Blondus Flavius egoq̄ tam sæpe ac multum non petiuimus ab eo solum: sed lūmo studio petiuimus: orauimus: obsecrauimus. Nec enim adduci possum: ut credam Strabonē esse Triuū coniectū in sempiternas tenebras. Nā noui humanitatē liberalitatemq̄ matthiæ. Itaq̄ rogo te: isti nuncies uerbis meis iucū dum esse mihi reditū suum ad te. Verum multo fore iucū diorem: si Strabonē ad Philelfum suū q̄primū dederit. De re pecuniaria heri scripsi ad principem. Antonius hic longam mihi spem dat: quā ego quod ad nostrū Gasparem eruditissimum medicum scripsi precio emere nullo pacto institui. Vale spes mea. Ex Mediolano pridie Kalē. Februarias. M. cccc. Li.

Franciscus Philelfus salutem dicit plurimam Lanceloto Cardinali leucosiæ.

e Vm te libertati tuæ ac pristinæ dignitati restitutū accepissem: uix dici quæat: quāta lūm læticia gaudioq̄ affect⁹. Nō em̄ potuerā nō dolere te talē tantumq̄ pōtificē cōiectū in carcerē: qui bonorū omniū innocentiumq̄ uirorū & perfugiū esses & portus. Itaq̄ tibi amplissimo patri maiorem in modum gratulor: mihi autē lætor plurimū: quod dolorem quē ex indigna tua captiuitate acerbissimū conceperā: audita nuper istiusmodi liberatio tua in maximā mihi uoluptatē uerterit. Vale ex Mediolano. Kal. Februarijs. M. cccc. Li.

Franciscus Philelfus Blasio axeretēsi equiti aurato salutem.

i Am uerē in limie: Itaq̄ a te peto: ut q̄s hyeme plantas illas ficulneas ad me dare ueluti peritior agricola noluit: nūc tandē dare incipias: Nisi fortasse quod nolim: molestē feras res ulla bonas fore tibi cōmunes cū alijs: Nam si pluribus rogari te cupias: non possum non uereri: ne uel inuidiæ: uel obtrectationis sis accusandus: quas quidem pturbationes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cupio itē plantas prunorum damalcenorū. Vale

q̄ iij